


a 21066

F
E
H

4520

WARBURG



18 0148037 0




DE MEDI
CIS ET INFIRMIS COLLE-
ctanea in ordinem cœntiloquij
congesta.

Authore Hieronymo Mamfredo cla-
riſ. Philosopho, Medico,
Astrologo.

In ſuper in uigintio octo mansiones Lunæ,
deq; impedimentis eiusdem generali-
bus, Ioannis Schöneri Mathe-
matici collectanea.

M. D. XXX.



CLARISSI

mo artium & Medicinae doctori, domino Ioanni
ni Schütz, Ioannes Schöner Mathematicus
ticus S.D.

Nemo est, doctor clarissime, qui ignoret, quam
præclara medendi ars existat, quantasq; gene-
ri humano utilitates afferre soleat, ac ideo merito sapi-
entis doctrine est obtemperandum, quæ iubet, ut medi-
cus honoretur propter cretorem suum altissimum. Cæ-
terum licet multa sint, sine quibus perfectus medicus es-
se non potest, potissimum tamen est, ut astrorum cura-
sum haud negligat, sed totius motus cœlestis rationem
exacte calleat, cum manifestius constet, q; quod negari
possit totani hanc molem infernam, ab influentia affici
superna, quod uel ex unius Lunæ incremento & de-
cremento palam confisci potest, cuius humiditate non
solum aestus marinus augetur & minuitur, sed & ani-
malia ac vegetabilia cuncta, illius imperio subiacere ui-
alentur: ita, ut præ cæteris longis infirmitatibus obno-
xij, Luna uim, aspectu uiciatam inselici, manifeste sen-
tiant. Quod & Ptolemeus non ignorauit, dum ait: Ma-
ior autem Lunæ uis est humectare. Et paulo post: Lu-
na mutatione manifesta corpora mutat. et licet Sol, Pla-
netæ, ac reliqua astra, quæ fixa vocantur, multum ad re-
rum iæteriorum variationem faciant, Luna tamen pre-

A = omni

omibus alijs, tanq; terre proximior, vires suas manife-
stus ostendit, dominiumq; tam in rebus inchoandis, q
perficiendis gerit. Vnde et Hermes inquit: A Luna
omnis rei initum accipitur, finis autem à domino sue do-
mino, quod quidem nec rci rusticæ gnaris est incogni-
tum, quum nec terræ semina comittant, nec plantant,
non inservunt, non oarant, nisi Lunæ motum prius in con-
silio aduocant. Quod quum ita sit, quid de medico di-
cendum erit, qui contemptis aut neglectis astris, uel san-
guinem deicærat, seu medicamentum misauerit, aut por-
rexit? Si enim infortunata Luna, aut infelibus astris
id facere ausus fuerit, sentiet profectio non sine magno
suo dedecore, infirmi uero pericolo extremo, q impru-
denter egerit. Quemadmodum nō parum se profecisse
intelliget, si astrorum beneficio arti sile adiumento fue-
rit, non solum in pharmacis administrandis, sed et pre-
parandis, quod et Marsilius ille Ficinus non ignorau-
it, dum ait: Medicinas coelesti administrando cōfirmatas,
nequaq; negligendas esse, nisi uitam nostram negligere
uelimus. Ego enim, inquit, frequenter iamdudum expe-
rientialia compertum habeo, tuncum interesse inter medi-
cinas huiusmodi, atq; alias absq; delectu astrologico fa-
etas, quantum inter merum et aquam. His rationibus
uir clarissime motus, et quia Hippocrates medicorum
principis his adstipulatur, hoc opusculum, quod præci-
pue de Lunæ tractat potestate, præstantie tue Doctor
Clarissime dedicare uolui, ut haberes, quod in agrotoru

astra sequi posses, et obsequij mei monumentum certi-
mum haberet. Bene vale uir prestansissime.

Nurembergæ ex ædibus nostris. Anno
dominicæ incarnationis

M. D. XXX;

LVNAE MAXIMA M POST SOLEM
esse uirtutem, Thome Venatorij
Carmen.

Omnia uil lucis superat Sol aureus astra,
Et terre uires prodit ubiq; suas.
Hinc gen⁹ omne hominū, surgit, genus omne animantū,
Quicquid & in stagnis nascitur æquoreis.
At quales diuersa Deus per pectora sensus
Excitat, instabili lumine Luna regit.
Omnia nascentis reparant à munere uires;
Implentur succo languida membra nouo.
Mox ubi decrescit uides decrescere uires,
Nec qui per uenas defluat humor adest.
Quod resui ostendunt magni maris undiq; fluctus,
Atq; arbos æssi, que iuga montis amat.
Sepe salutiferis sucū perduntur in herbis,
Tempore crescamis quos rediisse uides.
Sepe senescentis Lune si cornua serues,
Corripuit validos pestis acerba uiros.

A 3 Tunio

Tunc Furijs locus est, tunc feruet turgora bilis,

Et timet extinctas curas podagra faces.

Quin fortuna ingens caelo expectatur ab ipso,

Si videat natum Delia pulchra uirum.

At si parte alia uult intucatur in quo,

Promittit morbos inuida sepe graues.

Deniq; dat uarios hominum Latonia mores,

Ingenium, studium, robora, fata, necem.

Quorum qui studio fugientia tempora ludit,

Is merito medici nomine dignus erit.

Iure igitur multis Medicum praestare uetus

Credidit, (ut docto carmine Homere canis)

Iliad. 2. Λέγος γὰς ὅντες τολμῶ πόντας ἀργίος ἄπλωμα.

Quod largam exhaustis uiribus addat opem.

Magnus honos arti, magnus fauor, omnia magna,

Arte Machaonia nul prius orbis habet.

Τέλος.

CLARISSI

MI MEDICI HIERONYMI MAMOL

fridi, de medicis & infirmis Cen-

loquium.

Verbum I.

Quāvis medicina de se sc̄iētia sit p̄fecta, Medicus
tū in opere suo sine Astrologia nō est p̄fectus.

Verbum II.

O quantus error est periti medici, astrorum cogni-
tiōe penitus carentis, quoniam nec medicinariū exhibito,
nec phlebotomia, nec quodcumq; aliud opus eius recti-
fieri potest. Insuper neq; aegritudinis natura, neq; que-
finem illa consequi debet, sine astrorum obseruatiōne
perfecte potest cognosci. Vnde & Aegyptiorū antiqui
ores sciētiae medicinali Astrologiam adiunxerūt, ac
utraq; via proædentes in suo opere actiorēm finem
attingerent.

Verbum III.

Bonus medicus erit ille, in cuius nativitate Mars &
Venus fuerit corporaliter, uel aliquo beneuolo aspectu
coniuncti, simuliter Venus & Mercurius. Perfectus autē
medicus erit ille, in cuius nativitate Mars & Venus tum
etiam fucrum in sexta.

Verbum IIII.

Magnus erit profectus error Astrologiū interrogan-

A + tōmib.

tionibus de infirmo, cum septimum et eius dominus fuerint impedia. Difficilis igitur interrogacionem, aut non loquaris super illam timore erroris.

Verbum V.

Cum in interrogacionibus de infirmo, aut in principiis etegritudinum fuerint septimum et eius dominus impediti, remoue medium ab egroto.

Verbum VI.

Cum in nativitate alius fuerit luna in coniunctione aut maluolo solis, et in aliquo angulo mixta stellis nebulosis, significat morbos inseparabiles in oculis. Et si luna in eodem signo cum sole, uel in signo opposito fuerit, et in aliquo angulo, et infortunio de maluolo eis afficiuntur. Si quidem uespertinales a luna, et matutinales a sole, amittet natus utrumque oculum. Et si sol unum lumine ab infortunis suo modo hoc patitur, alterum oculum tamen amittet. Et deteriorius ex annis, est ascendens et septimum, et oppositio de aspectibus.

Verbum VII.

Si ambo luminaria fuerint in sexta infortunata, natus sine aliqua dubitatione cecidit. Et si unum tamen in uno oculo solum patetur. Similiter erit, si aliquod luminare fuerit dominus sextae, et infortunatum. Et universalius, non poterunt oculi cuius considerare grande nocte septimum, in quin nativitate fuerint luminaria impedita.

Verbum VIII.

Quando

Quando luminare temporis iunctum fuerit corporaliter cum aliqua infortuna, uel post luminare temporis, ascenderit aliqua infortuna, cœabitur natus. Et si hoc infortunium fuerit in angulo, uel cum eis fuerit dominus ascendentis, cœabitur in pueritia. Et si non fuerit in angulo, nec cū domino ascendentis, cœabitur in senectute.

Verbum IX.

Quando signum sexte domus fuerit Libra, et Mars in eo, dolores significat oculorum.

Verbum X.

Cum fuerit malus orientalis, significat impedimenta, de quibus non speratur curatio. Et cum fuerit occidentalis, aegritudines significat, de quibus speratur sanatio. Et malus est infortunium Saturni, cum fuerit in signis masculinis, et Martis in femininis.

Verbum XI.

Natus tunc erit surdus, quando fuerit dominus secuti Mercurius, et de maleuolo infortunatus a Saturno, maxime uero si fuerit in sexta. Similiter erit auditu damnatus ille, in minus nativitate fuerit Iupiter et Saturnus clamorati super terram scilicet in locis malis retrogradi uel combusti.

Verbum XII.

Impedimentum Mercurij a Saturno, est impeditre lignam. Deutrius autem, quando corporaliter coniunguntur, maxime uero in ascensione uel septimo, et in calce signo con sole, et Mercurius fuerit occidentalis, aut cū

fuerit Mercurius super terram corporaliter coniunctus
Saturno, aut de maleuolo, et in signo muto, fueritq; in-
fortunatus, scilicet in loco malo, retrogradus uel combu-
stus, et peregrinus, erit similiter lingua damnatus,
aut mutus.

Verbum XIII.

Damnabitur in olfactu ille, aut morbos patietur in
naribus, in cuius nativitate Mars et Venus super terrā
fuerint impediti.

Verbum XIV.

Non amittet sensum, neq; intellectum, in cuius nativi-
tate luna iuxtit ad Mercurium, aut aspectum eius.

Verbum XV.

Epileptici sunt hi, in quorum nativitatibus Luna et
Mercurius non complectuntur adiuicem, neq; ullus eo-
rum cum ascidente. Et cum hoc fuerit Saturnus in nativi-
tatis diurnis significator qualitatis animæ, et in an-
gulo, et in nocturnis Mars. Et signa facientia epilepsia
maxime sunt Sagittarius et Gemini. Amantes autem
sunt eodem modo, praeter quod Saturnus est in angulo
in nocturna, et Mars in diurna, maxime uero, si in Can-
cro, Virgine, uel Piscibus fuerit. Demoniaci aut sunt,
quando cum hoc quod nuper dictum est, Saturnus fue-
rit dominus loci Lune, et Luna sub radijs, aut Mars
dominus loci Lune, et Luna in opposito Solis, maxi-
me autem in Sagittario et Piscibus.

Verbum XVI.

Luna

Lunatici uel fatui, aut homines leuis cerebri etiam
erunt hi, in quorum nativitatibus fuerit Mars in angu-
lo terre, in maleuolo Solis, aut Mercurius cum Saturno
in ascendentे in opposito Martis uel Mercurij, aut Lu-
na cum Marte in ascendentе in opposito Saturni, aut
Luna & dominus ascendentis cum Mercurio infortuna-
ti à Marte. Aut Luna in ascendentе in quadratura Sa-
turni à medio cœli et opposito Mercurij, aut Luna se-
parata à Saturno, & coniuncta Marti, uel separata à
Marte, & coniuncta Soli, aut Mars inter Solem & Lu-
nam in eodem signo. Aut Luna addens lumine, infortu-
nata à Marte, in Sagittario uel Piscibus, aut Sol in op-
posito ascendentis, in termino infortunie, ab ambabus in-
fortunis impeditus, & non inspectus à domino domus
suae. Aut Luna & Sol infortunati in sexto uel in septi-
mo in eodem gradu, aut ambæ infortunie in ascendentе
in opposito Mercurij, & in omnibus his sint fortunæ
absentes.

Verbum XVII.

Quando Jupiter & Sol fuerint in nativitate damna-
ti, sensus & intellectus damnationem significant.

Verbum XVIII.

Sol est sicut calor naturalis, uiratus corporis custodi-
ens, & Luna est significatrix corporis. Cū igitur hac
luminaria in nativitatibus damnata fuerint, infortunes
super ea eleuatæ, damnationem et debilitatem totius cor-
poris faciunt.

Verb.

capita

Verbum XIX.

Cum fuerint infortuna in angulis, & luminaria eius corporaliter applicauerint, aut in eorum opposito, gibbositatem vel claudicationem, aut alius membrum destructionem significant, maxime si Luna in altero nodorum fuerit, aut in signis infirmantibus, que sunt, Aries, Taurus, Cancer, Scorpio & Capricornius, et adhuc magis in initio vel fine signi.

Verbum XX.

Cancer, Capricornius, Scorpius & Pisces, infirmitates generant, que corrodendo incidunt, ut impetigines, excoriaciones, scrophulas, phistulas, cuncros & lepras & similia. Similiter morpheati, leprosi & cuncrosi sunt, in quorum nativitatibus Luna separatur à Sole, & coniungitur Saturno sine aspectu fortunae. Aut Luna in ascendenre cum Saturno & Marte in aliquo signo aquo. Aut Iupiter vel Venus fuerit dominus sexti, & ab aliqua damnatus infortuna. Similiter cum Luna fuerit infotunata in aliquo punctoru equinoctialium, aut solstitialium, accidet morpha, vel impetigo, vel lentigo & similia.

Verbum XXI.

Artifici, podagri, & dolorem iuncturaru patientes, sunt, in quoru nativitatibus Saturnus vel Mars fuerit in sexto, vel in duodecimo, infotunans dominum sexti, maxime si sextu fuerit Capricornius, Aquarius vel Pisces. Et uniuscuiuslibet, quando Saturnus vel Mars in aliquo

aliquo predictorum signorum fuerit, debilitate vel alii quos morbos in partibus inferioribus ab inguinibus significat.

Verbum XXII.

Paralitici, et qui se mouere non possunt, aut tremuli sunt, in quorū nativitatibus Luna fuerit in angulo cū Saturno, et Saturnus sub radijs combustus. Similiter, quando sextum et dominus eius infortunantur à Saturno sine radio fortune.

Verbum XXIII.

Stomachici sunt, in quorum nativitatibus Mars et Saturnus fuerint in sexto vel duodecimo infortunantes Lunam, vel dominū ascendentis, maxime uero, si signū sextū fuerit Cancer. Similiter, quando Sol fuerit sub terra infortunatus, et Luna de nocte, maxime uero in sexta. Epatici uero sunt, quorū Jupiter fuerit dominus sexti ab infortunis de maleuolo inspectus. Aut Luna dominia sexti fuerit infortunata à Marte. Similiter, si dominus ascendentis et Luna ambo infortunentur à Marte. Aut cū Mars sub terra fuerit infortunatus, et fellis damnamentū facit Mercurius infortunatus sub terra.

Verbum XXIV.

Spleneticī sunt, qui habent Lunam dominā sexti, in fortunatā à Saturno. Aut fuerit dominus ascendentis infortunatus in septimo, aut Saturnus dominus ascendentis infortunatus à Marte, aut quomodo cung; Saturnus infortunatus sub terra. Pulmonaci, Rthisici, et suffocationem

Nottē anhelitas habentes, aut circa pulmonē dolores,
Lunā habent in angulo terrae coniunctā Marti uel Sa-
turno, aut ab eis infortunatā. Similiter, si Venus fuerit
domina sexti infortunata in signo igneo. Cordaci uero
et debiles cordis sunt, in quorum nativitatibus Sol fuerit
dominus sexti, aut dominus partis infirmitatis et ipse
infortunatur.

Verbum XXXV.

Venus infortunata à Saturno, dolorē testiculorū facit
maxime si fuerit in ascēdente. Similiter Venus cū Mar-
te in octauo. Aut Luna, Venus et Mars iuncti in male
uolo Saturni. Impotens coitus erit ille, qui habuerit Ve-
nerem iunctā Saturno, maxime in decimo uel octauo,
aut Lunam iunctā Saturno in maeluolo Veneris, aut Sa-
turnū in sexto uel duodecimo in signo humido infortu-
natum Venerē. Sterilis uero et impotens imprægna-
tionis, si fuerit fœmina, et habens Lunā et Venerē in
signo sterili infortunatas à Marte et Saturno. Aut sit Sa-
turnus in septimo uel decimo infortunans Iōnē et Lu-
nam, aut Venus fuerit cum Saturno, et Luna in sexto
uel duodecimo infortunata. Et si fuerit masculus, Satur-
nus in ascēdente in opposito Veneris, aut Venus in si-
gno sterili infortunata à Saturno, aut Venus in domo Sa-
turni maxime infortunata ab eo. Et qui habuerit Vene-
rē coniunctā Mercurio, et ambo sub radijs, castrabitur.

Verbum XXXVI.

Emorroides uel morbos ani patiuntur, qui Saturnū
uel

uel Martem habuerint in septimo, aut dominum ascen-
dentis in septimo cū Marte, uel de maleuolo ab eo, aut
fuerit dominus ascendentis infortuna, & ipse in septi-
mo, sine radio fortune. Aut Saturnus in ascendentie in
opposito Martis, aut Mars in Scorpione sine aspectu for-
tunae, aut Luna domina sexti in septimo, maxime in-
fortuna. Disinteriam uero & dolorem intestinorum ex-
uentositate sustinebunt hi, in quorū nativitatibus Mars
fuerit in ascendentie, & in Scorpione sine aspectu fortu-
nae, aut Mars de die cum cauda in quarto uel septimo,
aut Saturnus cum cauda in septimo.

Verbum XXVII.

Maius infortunium Lune à Marte est, cum fuerit au-
cta lumine, & à Saturno cum fuerit diminuta. Time er-
go super infirmum, cum in principio ægritudinis fuerit
Luna sic infortunata, maiusq; infortunium Martis ad si-
gnificatores: potentiorq; est in infortunando, cum fuerit
in signis masulinis, orientalis, & de die, & è contra in
Saturno. Et hoc modo erit augmentum prosperitatis,
Iouis in septentrione, & Veneris in meridie.

Verbum XXVIII.

Ascendens et Aries habent caput. Secunda domus et
Taurus, collum et guttur. Tertia et Gemini, manus, bra-
chia et humeros. Quarta et Cancer, pectus, pulmonē,
mammillas, et stomachum. Quinta et Leo, cor, epar,
splenum et ilia. Sexta et Virgo, intestina, gracilia et zir-
bum. Septima et Libra, intestina grossa, umbilicum
et cæ-

et cætera, que in uentre inferiori continentur. Octauus
et Scorpio, renes, mesicam, genitalia, anum, femora, na-
tes, testiculos et uulnus. Nona et Sagittarius, supremæ
coxarum medietatem cum parte testiculorum. Decima et
Capricornus, inferiorem partem coxarum et genua. Una
decima et Aquarius, crura. Duodecima et Pisces, pe-
des. Et prima pars signi, primam partem membra possi-
det. Secunda uero scandam, et tertia tertiam. In mem-
bro igitur illo erit ægritudo, in cuius signo uel domo fue-
rint dominus ascendentes, aut significator, uel Luna in-
fortunati. Similiter et sextum et dominus sexti, et si fue-
rint infortunati supra terram, erit ægritudo in parte de-
xtra, et si sub terra, in parte sinistra.

Verbum XXXIX.

Arietis morbi sunt, epilepsia, aurium, narium, oculo-
rum, dentium ac oris dolores, et cæteræ eorum ægritu-
dines, scabies, impetigo, serpigo, pustule, et uestigia ma-
cularum in facie. Tauri sunt omnes ægritudines colli et
gutturis, sicut scrofulæ, squinaries et cætera apostema-
ta ibi nascentia. Gemini sunt ægritudines ex sanguine,
maxime in manibus, brachijs, et humeris. Cancri mor-
bi sunt, pruritus, scabies, lepra, puncture faciei, depila-
tio et paucitas barbae, pustule, impetigo et serpigo. Le-
onis morbi sunt hi, qui in corde et diafragmate sunt,
et in cæteris membris, quæ possidet Leo. Virginis mor-
bi, qui in zirbo et intestinis gracilibus sunt. Libre mor-
bi sunt, urinæ retentio, fluxus saugumis inferior, et se-
nebroſi-

nebrofites oculorum. Scorpionis morbi sunt, oculorum
impedimenta, tinea, cancer, lepra, scabies, punctura fa-
ciei, pustulae, impetigo, serpigo & depilatio. Et uniuers
saliter omnes morbi membrorum urinæ & genitalium
quæ possidet Scorpio. Sagittarij morbi sunt, cæcitas, fe-
bris, asus ab alto, et morbi ex bestijs aduenientes, mem-
brorum abscisio, & morbi, qui sunt in coxis. Capri-
corni morbi sunt, scabies, pruritus, lepra pustulae, impe-
tigo, serpigo, multitas, surditas, febris melancholica, cali-
go oculorum, & morbi, qui coxis & genibus adueni-
unt. A quarij morbi sunt in tibijs contingentes, ictericia,
nigra melancholia, & uenarū incisio. Piscis uero mor-
bi sunt in pedibus aduenientes, scabies, pruritus, lepra
pustulae, impetigo & serpigo. Cum igitur aliquod ho-
rum acciderit in sexta, uel Luna aut pars fortunæ, aut
dominus ascendentis, uel significator in aliquo horum
signorum fuerit infortunatus, erit ægritudo de manerie
& natura illorum. Distingue ergo inter ea, ad sciendū
ægritudinis naturam.

Verbum XXX.

Cum Saturnus dederit ægritudinem, erit ægritudo
ex frigiditate. Cum uero Mars uel Sol, erit ægritudo
ex caliditate & siccitate. Discurre igitur in omnibus si-
gnis hoc modo, & scies, à qua infortuna significatores
infortunentur, ad sciendum membrorum ægritudines
ægritudinumq; naturas.

Verbum XXXI.

B Non

Non obliuiscaris etiam laborum, quos habent Planete in signis secundum Aegyptios. Quid in Arcto Saturnus habet pectus, Iupiter cor, Mars caput, Sol testiculos & coxas, Venus pedes, Mercurius tibias, Luna genua. In TAURO Saturnus cor, Iupiter uentre, Mars collum, Sol genua, Venus caput, Mercurius pedes, Luna tibias. In GEMINI Saturnus uentre, Iupiter inguina, Mars spatulas & manus, Sol crura, Venus collum, Mercurius caput, Luna pedes. In CANCRO Saturnus inguina, Iupiter uerenda, Mars pectus, Sol pedes, Venus manus & humeros, Mercurius collum, Luna caput. In LEONE Saturnus uerenda, Iupiter testiculos & coxas, Mars cor, Sol caput, Venus pectus, Mercurius manus & humeros, Luna collum. In VIRGINE Saturnus testiculos & coxas, Iupiter genua, Mars uentre, Sol collum, Venus cor, Mercurius pectus, Luna manus & humeros. In LIBRA Saturnus genua, Iupiter tibias, Mars inguina, Sol manus & humeros, Venus uentre, Mercurius cor, Luna pectus. In SCORPIONE Saturnus tibias, Iupiter pedes, Mars uerenda, Sol pectus, Venus inguina, Mercurius uentre, Luna cor. In SAGITTARIO Saturnus pedes, Iupiter caput, Mars testiculos & coxas, Sol cor, Venus uerenda, Mercurius inguina, Luna uentre. In CAPRICORNIO Saturnus caput, Iupiter collum, Mars genua, Sol uentre, Venus testiculos & coxas, Mercurius uerenda, Luna inguina. In AQUARIO Saturnus collum, Iupiter manus & humeros, Mars tibias,

Sol

Sol in *inguina*, *Venus* *genua*, *Mercurius* *testiculos* & *co-*
xas, *Luna* *uerenda*. In *Piscibus* *Saturnus* *manus* et *hu-*
meros, *Jupiter* *pectus*, *Mars* *pedes*, *Sol* *uerenda*, *Ve-*
nus *tibias*, *Mercurius* *genua*, *Luna* *testiculos* & *co-*
xas.

Verbum XXXII.

Saturnus de *membris hominis*, *habet* *interiora* *au-*
ris, *splenem*, *stomachum* et *vesicam*. De *humoribus me-*
lancholiam, *cum fuerit ascendens* ad *augem* in *caentri-*
o & *phlegma* *acre*, *cum fuerit descendens*. De *aegritu-*
dinibus *habet* *ptisim*, *catharrum*, *parelisim*, *hydropi-*
sim, *quartanam*, *ethicam*, *podagram*, *morpheam*; *leprā*,
cancrum, *solutionem uenris*, *spleneticam passionem*,
ceterosq; morbos, *qui frigiditatis occasione proueni-*
unt. De *uirtutibus* *habet* *uirtutem retentuam*.

Verbum XXXIII.

Jupiter de *membris hominis* *habet* *tactum*, *pulmo-*
nem, *costas*, *cartilagini*. De *humoribus*, *sperma* & *sa-*
guinem. De *morbis*, *peripleumoniam*, *squiniantiā*, *pleu-*
resim, *apoplexiā* *sanguineam* & *spasmum*, *alpha-*
largiam, *chardiacam*, *ceterasq; aegritudines*, *que oc-*
cassione uentositatis & *sanguinis*, *maxime peccoris*, *in*
quanto proueniunt. De *uirtutibus* *habet* *digestuum* &
augmentatiuam ac nutritiūam.

Verbum XXXIV.

Mars de *membris* *habet* *aurem* *cum* *loce* *participe*,
fel, *renes*, *ueras*, *testiculos* & *dorsum*, *per quod defluit-*

B = *sperma*

sperma et epay. De humoribus cholera. De morbis, febre tertianam, causen, epigma, emigraneam, crisiplam & pustulas cum rubore & asperitate ac foeditate, ignem sacrum, pauorem & cogitationes horribiles inquietantes, abortum, appetitumq; carnium putridarum, & uniuersas agititudines ex calore & siccitate prouocantes. De virtutibus habet irascibilem & attractivam.

Verbum XXXV.

Sol de membris habet oculam dextrum, maxime in uiris, cor, cerebrum & medullam, femora & nervos. De morbis habet lesionem oris, fluxum reumatis ad oculos, & infirmitates calidas et sicas. De virtutibus habet uitalem.

Verbum XXXVI.

Venus habet de membris odoratum, sperma cum luce partice, spinam dorsi, anchas, nates, lumbos, matricem & vulvam cum Luna partice, renes, uenarem pectinem, umbellicum et omnia genitalia, carnem atq; pinguedinem. De morbis habet frigiditatem et humiditatem epatis, stomachi, et cordis, apostemata humida, fistulas et humorum superfluitates, et precipue morbos frigidos et humidos circa genitalia. De virtutibus habet appetitum.

Verbum XXXVII.

Mercurius de membris habet linguam, memoriam & partem cogitationis, fel & nares. De morbis habet pertur-

perturbationem mentis, cogitationes horribiles, inquietudinem animi, maniam, melancholiam, epilepsiam, tussim, abundantiam sputi, & quandoq; habet morbos, qui ex superflua siccitate proueniunt, & damnatum in felle. De virtutibus cogitatiuum habet.

Verbum XXXVII.

Luna habet de membris, gustum, deglutionem, stomachum, uentrem, pudenda mulieram & oculum sanguiniferum, & secundum aliquos cerebrum & pulmonem. De morbis habet paralysin, obliquitatem uultus, membrorum commotionem, & ceteros morbos, qui ex operatione nervorum proueniunt, & epilepsiam, apoplexiā, & quicquid fuerit ex frigore & humiditate. De virtutibus habet naturalem & expulsuam.

Verbum XXXIX.

Significator occidentalis chronicas, orientalis uero, nouas aegritudines demonstrat. Considera ergo separationem Lunae à Planetis, & hoc deseru. in interrogacionibus.

Verbum XL.

In cuius natuitate fuerit ascendens Taurus uel Scorpio, ipse erit causa suarum aegritudinum, et frequenter infirmabitur ex inordinato regimine.

Verbum XLI.

Quinta domus cum eius domino, epatis dispositiōnem ostendit, à qua urine sumuntur significationes, non obliuiscaris ergo,

Verbum XLII.

Prima hora dici, usq; ad tres horas temporales, est sanguinis. Secundæ aliae tres horæ sunt cholerae rubæ: Tertiæ tres horæ, sunt cholerae nigræ. Et ultimæ tres horæ, sunt phlegmatis. Similiter et in nocte. Eodem quo q; modo est in quartis mensis lunaris, et in quartis anni.

Verbum XLIII.

Cum fuerint ascendens & Luna damnati, & eorum domini salui, erit ægritudo in corpore, & non in spiritu. Et si fuerint ascendens & Luna salui, & eorum domini damnati, erit ægritudo in spiritu, et non in corpore. Et hi omnes, si fuerint damnati, erit ægritudo in utroq;. Similiter, si infortuna aspicerit ascendens et non Lunam, erit infirmitas in spiritu, et non in corpore. Et si e contra, erit infirmitas in corpore, et non in spiritu. Et si utrumq; aspicerit, erit infirmitas in utroq;.

Verbum XLIV.

Sexti dominus in ascensione uel decimo colloatus, morbus manifestū denūciat. In septimo uero uel quarto, occultum, pariterq; in nono uel undecimo, manifestum. In alijs uero locis, occultum.

Verbum XLV.

Planeta retrogradus, longitudinem ægritudinis, & corporis consumptionem facit. Statio planetarum, uomitum & emigraneam. Planeta uero combustus, mortem. Casus autem & detrimentum Planetæ, malum & periculum

periculum in ægritudine adducit. Cum igitur dominus ascendentis, uel almuten, aut Luna alicui applicant planetæ, iudica in eis secundum statum Planetarum, quibus applicant.

Verbum XLVI.

Signa mobilia, mutationem infirmitatis faciunt, eam q; facile remouibilem reddunt. Signa fixa, longam & durabilem, tardeq; mutabilem & remouibilem. Communia uero reciduum, & quod plus est una. Considera igitur signum sextæ domus, & signum, in quo fuerit dominus eius, & dominus uel almuten ascendentis et Luna infortunati, et iudica secundū quod inuenieris.

Verbum XLVII.

Luna propria est corpori, propter consimilitudinē in operatione. Cum igitur in invasione ægritudinis fuerit infortunata, periculosa utiq; et timendum. Considera igitur significaciones domini ascendentis cum significacionibus Lunæ de bono & malo.

Verbum XLVIII.

In morborum principijs, si fuerit Luna in loco aliquis infortunæ natuitatis uel quadratura, aut opposito eius, erit ægritudo difficilis ualde, & multo validius. Si Luna etiam in initio ægritudinis ab eadem infortuna fuerit damnata, è contra uero erit ægritudo leuis, si loco infortunæ fuerit fortuna, nisi ægritudinis complexio cū illa fortuna conuenerit, & hoc dic, postquam noueris quantitatem ægritudinis.

Verbum X L I X.

Cum in initio aegritudinis Luna fuerit in sexta nativitatis, aut quarta, scptima, octava, vel duodecima, et in utroq; tempore ibi fuerit infortuna, aut maleuoli in fortune aliquius radij mortem omnino denunciat, nisi fortuna vel fortune radius in eo loco, in altero duorum temporum extiterit.

Verbum L.

Cum Luna in principio aegritudinis in loco suo nativitatis fuerit, et a maleuolo infortunata, aut a domino triplicitatis primo anguli terrae nativitatis, grande utiq; periculum ostendit. Deterius uero, si etiam in radiis talc supra Lunam occiderit infortunium.

Verbum L I.

Cum fuerit ascendens infirmitatis contrarium aut iniuria cum figura nativitatis, scilicet, septimum, octauum, quartum, sextum, aut duodecimum, et non peruerterit annus revolutionis ad illam figuram, peritum erit.

Verbum L II.

Si Luna in principio aegritudinis ad locum applicaverit Solis nativitatis, et anequam ad quadraturem Solis applicet, fuerit in signo suo nativitatis, facilitatem aegritudinis ostendit.

Verbum L III.

Non prosternuntis effectus malus, sicut non praedicti infotuniarum effectus bonus, nisi faciat amercatione.

Verbum

Verbum LIII.

O quantus timor erit super infirmum, cum fuerint hora interrogationis uel invasionis ægritudinis lumina ria sub terra. Vita enim omnium animantium est secundum gradum Solis et Luna.

Verbum L V.

In interrogationibus de infirmis, da ascendens et dominum eius, aut almuten in figura, infirmo. Septimum uero et eius dominum, medico. Decimum et eius dominum, medicinæ. Quartum et eius dominum, fini, quem habebit infirmus et infirmitas. Et à sexto et eius domino, scies infirmitatē. Et ab octavo et domino ciui, mortē. Et iudica scandum statum uniusciusq; horū in significacione eius.

Verbum L VI.

Si Luna et Sol ac almuten, uel dominus ascendentis fuerint salui, domino octauo non associati, sine dubio liberabitur æger. Similiter, si duo ex his tales fuerint, et si è contra, morietur.

Verbum L VII.

Cum almuten uel dominus ascendentis fuerit in suo casu infortunatus et combustus, cum hæc quidem tria testimonia simul iuncta fuerint, aut duo ex his, mortem designat, et deterius est, ut sit ingrediens sub radijs.

Verbum L VIII.

Quando significator fuerit debilis, et dominus octauus fortis, horrendum valde. Similiter, quando dominus

octauæ infortunat dominum ascendentis. Aut quando dominus ascendentis fuerit in octaua, & dominus octauæ in ascendençie, fortunis non aspicientibus. Pars etiam fortune infortunata, malum portendit.

Verbum LIX.

Si dominus ascendentis fuerit in octaua receptus à domino octauæ, nec ipse recipiat eum, liberat post desperationem.

Verbum LX.

Timendum est ualde super infirmo, cum dominus ascendentis & Luna applicant Planetæ existenti infra terram, sperandum autem, si applicant Planetæ existenti supra terram.

Verbum LXI.

Octui domino cardinem medij cœli permeante, domino quidem ascendentis sub terra quomodoque timendum.

Verbum LXII.

Verendum est ualde, si in ascendençie uel octauo, aut cum eorum dominis fuerint maleuole stelle, & si beneuole, omnino securum.

Verbum LXIII.

Beneuolis receptis non obest adustio neq; Lunæ. Receptio enim, est magnum quid, multa mitigans mala. Considera igitur in omnibus receptionem Planetarum, si rectum dare uis iudicium.

Verbum LXIV.

Si Luna

Si Luna uelox atri & crescens lumine, de bencuo
lo domino ascendentis applicuerit, sub terra existenti,
maxime cum receptione salutem accelerat; quanto ma-
gis si domino ascendentis applicuerit, quod existat su-
pra terram.

Verbum LXV.

Si dominus ascendentis fuerit in sexto, aut domi-
nus sexti in ascidente, & gritudinem longitudinem et
laborem denunciat. Hoc idem facit applicatio domi-
ni ascendentis corporalis, aut de maleuolo cum domi-
no sexti, aut e contra. Et si de beneuolo, cito futuram
salutem ostendit. Et infortunium domini duodecimi
ad ascendens, et dominum ascendentis est, sicut infor-
tunium domini sexti, licet non tantum, dominus enim
sexti, macerat et desiccat, et quasi in defectum pro-
pellit.

Verbum LXVI.

Cum fortunae fuerint potentes et uictrices, iudicabo
num, cum uero infortuna, malum.

Verbum LXVII.

Applicatio domini quarti corporaliter, uel ex male-
uolo ad dominum octuui, longitudinem & gritudinis,
& tandem mortem significat, si dominus quarti fuerit
infotuna. Si uero fortuna, aut de beneuolo ad iniiciem
applicent, finis erit bonus.

Verbum LXVIII.

Cum dominus ascendentis infotunatur a domino
secundi

seundi, non nisi ægrum, cum magnis expensis, liberari
aut mori designat. Et universaliter à cuiuscunq; domus
domino infortunetur, infortunium de natura illius do-
muis ægro superueniet.

Verbum L X I X.

Non debet medicus de infirmo confidere, donec Lu-
na vel dominus ascendentis non transuerint planetam
combustum, aut planetam ingrediencm casum uel detri-
mentum suum. Et si ambo significatores fuerint in hoc
damnumento, mors omnino expectanda.

Verbum L X X.

Cum fuerit sol in ascendenœ, salutem largitur infir-
mo. Et si fuerit in sexta, remouet ægritudinem. Et si co-
burerit dominum octauæ, uincit infirmitatem & mor-
tem, & sanabit infirmum, est enim Sol candela cœli, et
spiritus clarificans & ornans signa in quibus est, &
comburens inimicos uitæ.

Verbum L X X I.

Non iudicis mortem infirmo, si Iupiter iungitur So-
li, quamvis dominus ascendentis applicuerit domino
octauæ.

Verbum L X X I I.

Si Luna uel dominus ascendentis applicuerit domi-
no octavi, uel eius maluolo radio, aut e contra, fuerit
q; dominus octauæ fortuna, longitudinem ægritudinis
& laborem, sed non mortem significat. Si uero infot-
ra, omnino mortem, nisi Iupiter Soli uel Luna fuerit

coniunctus

conuentus.

Verbum LXXXIII.

*Non poterit euadere infirmus, quando luminare tē-
poris et almuten ascēdētēis fuerint damnati à domi-
no octauj, uel à domino quarti.*

Verbum LXXXIV.

*Cum in exitu Lunæ de combustionē inceperit egritu-
do, augebitur quidem, donec uenerit ad oppositionis
gradum.*

Verbum LXXXV.

*Cum dominus ascēdētēis fuerit in octaua infortuna-
tus, seipsum interficiet ex malo regimine et mala circa.*

Verbum LXXXVI.

*Indorum regula talis est: Numera annos ab hora
natiuitatis usq; ad principium egritudinis, et in natu-
ti, qui steterit in utero nouem mensib; multiplicā p̄dē-
ctos annos per quinq;, et diuide per nouem. Et si stete-
rit in utero per septem menses, accipe pro quolibet an-
no unum diem, et diuide per septem. Aut numera si-
gna, que sunt inter Solem et Lunam in natiuitate, et
per hunc numerum diuide p̄dictos, et si aliquid re-
manserit post diuisionem, cuadet: et si nihil, morietur.*

Verbum LXXXVII.

*In morbis quidem sunt dies et horæ, quibus decla-
rantur mutationes eorum ad bonum uel ad malum ue-
lociter. Et sunt dies crētici seu pugne, et hoc erit, adhuc
Luna ad quadraturam uel oppositū sui loci mitij egr-
tudinis*

tudinis peruenit. Vnde sit, ut septimus, decimus quartus & uigesimus uel uigesimus primus dies cretici à medicis appellantur. Dics autem iudicatiui, quibus iudicium sumitur, ad creticos dies de salute aut morte, mortis uero periaulo, sunt medietates quadratorum, ideo fit, ut quartus, undecimus et decimus septimus dies iudicatiui numererentur. Et hic accepitur quadratura uel aspectus per circulum directum, & non per gradus equales, & hoc erit, si processerit aegritudo secundum qualitatem naturalem, & non acciderit error, qui disturbet infirmum. Cum igitur in principio aegritudinis inueniris in predictis locis fortunam, tam de fixis, q[uod] de erraticis, alterationem prosperam significabit. Si uero infortuniam, alterationem aduersam, nisi fuerit ipsa infirma aegritudini contraria, et fortuna ei similis. Et Luna in his angulis semper significat morbos acutos, & Sol prelios.

Verbum LXXXVIII.

Tēpus mortis, aut deteriorationis infirmi erit, cū significator aut Luna peruenit ad corpus uel radios maleuolos infortuniae concordanis cum aegritudine, aut aon peruenit ad gradum octauæ, uel ad dominum eius, aut ad dominum sextæ uel duodecimæ. Aut numerus gradus, qui sunt inter significatorem et infortuniam Planetam, cui applicat, et da dies, menses uel annos. Cum enim fuerit significator inter ascendens & decimum, erunt dics uel horæ, & cum inter decimum & septi-

septimum, erunt septimane uel menses. Cum uero in-
ter septimum & quartum, erunt anni, secundum quod
fuerint signa mobilia, communia uel fixa. Et Saturn
rus cuiuslibet gradui dat mensem uel annum, Mars ue-
ro diem uel mensem. Et si significator tendit ad com-
bustionem, tempus mortis erit in gradu combustionis,
et qualibet die, qua Luna applicerit infortunia, con-
cordati cum ægritudine, fortificabitur infirmitas, maxime
si Luna fuerit in termino infortunia, è contra uero dic-
te applicatione significatoris, et Lunæ ad fortunam, que
non est similis ægritudini pro melioratione et salute.

Verbum LXXXIX.

Cum in ægritudinis principio Luna fuerit infortuna-
ta, tunc morietur uel deteriorabitur æger, cum iterum
Luna ad illam infortuniam, uel eius radium applice-
rit. Et si fortuna in nullo duorum temporum Lunam
specierit, proculdubio non euadet, è contra uero de for-
tuna et fortunæ radijs diændū, ad salutem uel meliora-
tionem infirmi.

Verbum LXXX.

Si inter dominum ascendens et dominum octauum,
fuerit applicatio de beneuolo, domino quidem octauum
existente infortuna, periculosum et timendum, sed non
mortale, nisi aliae diuersæ concordanter constellatio-
nes.

Verbum LXXXI.

Humiditas corporum in prima & tertia quarta ac
adunt

cedunt, in secunda uero et ultima quarta readunt. Quod
fit, ut deteriora sunt vulnera & incisiones factae in pri-
ma & tertia quarta, q̄ in secunda & ultima.

Verbum LXXXII.

Præcaut medicus in prima uisitatione infirmi ab
hora Saturni & Martis. Si enim accesserit in hora Sa-
turni: morietur infirmus, aut grandes anxietates & tar-
ditates patientur medicus in curando infirmum, nec cum
sanare poterit, nisi forte usq; ad desperationem. Et si in
hora Martis accesserit, erunt lites et designationes in-
ter eum & infirmum, & modicum lucrum. Hora uero
Iouis & Veneris, multum laudantur. Alio uero horæ
sunt mediocres.

Verbum LXXXIII.

Signa terrea in ægritudinibus chronicis commendan-
tar, maxime uero Taurus. Pone igitur Lunam in aliquo
ex eis, & in angulis, & penitus non applicat Saturno,
nec eius radijs. Et can fuerit infirmitas à stomacho su-
pra, incipe aeram, Luna in Ariete, TAURO, GEMINI uel
Cancro. Et si à stomacho ad tibias, sit Luna in Leone,
Virgine, Libra uel Scorpione. Et si in inferiori parte
corporis, sit Luna in alijs signis, & semper sit Luna
fortunata, & ab infortunijs salua.

Verbum LXXXIII.

Melior est extractio sanguinis cum uentosis in sec-
unda medictate Lunæ, & in phlebotomia in prima me-
dictate. Et non est bona phlebotomia Luna in Geminis,
sicut

sicut non est bonum ut uentosis, Luna in Tauro, ma-
xime his signis ascendentibus. Et melius signum pro-
uentosando, est signum aereum uel ignis, ut sit Luna
in eo, & ascendens sit illius naturae.

Verbum LXXXV.

Cave cum phlebotomas, ne Luna sit in signo com-
muni, quoniam aut phlebotomator percutiet uenam
plus una percussione, aut erit necesse minui alia uice ad
modicum tempus. Praeterea cave, ne Luna applicet Mar-
ti per corpus, uel de maleuolo, ne forte uena ultra mo-
dum vulneretur, & sanguinis fluat multitudo. Non est
tamen malum, ut ei applicet de bencuolo. Et similiter
cave, ne quomodolibet applicet Saturno, quia aut san-
guis non exibit, aut congelabitur, aut phlebotomator pa-
tietur anxietates et labores in suo opere. Similiter hæc
accident, si hora Saturni fiat phlebotomia. Et si fiat mi-
nuto Luna applicante ad Martem, post minutionem
mouebitur cholera, & si Saturnū, mouebitur melancho-
lia, & si fuerit aksu vacua, mouebitur flegma.

Verbum LXXXVI.

Bonum est in phlebotomijs, quod Luna sit in Aries
et uel Libra, & salua. Optimum autem, si tunc ad Io-
uem uel Venerem applicuerit, quia non timebit de ea mi-
nutione phlebotomatus, immo sentiet se leuem, eritq; ei
proficia, malusq; exibit sanguis, & renouabitur bo-
rus.

Verbum LXXXVII.

C In phle

In phlebotomijs et phramacijs auendū, ne dominus octauī miscatur cum Luna, uel cum domino ascendentis. Similiter, ne Luna & dominus ascendentis sint in quarta uel octaua. Nec etiam dominus octauæ sit in ali quo angulorum. Non laudatur etiam, quod Luna sit in ascidente.

Verbum LXXXVIII.

Meliora signa in accipiendo purgatoria, sunt aquatica, et secunda medietas Libræ. Sitq; dominus ascendentis coniunctus, uel de beneuolo applicans Planetæ sub terra existenti. Et si pharmacū fuerit in forma electuarij, Cancer est melior. Et si in forma pillularū, Piscis. Et si fuerit potio, Scorpio, & secunda medietas Libræ.

Verbum LXXXIX.

Cause in laxatione uentris, ne dominus ascendentis applicat corporaliter, uel per aspectum domino medijs cœli, uel Planetæ existenti supra terram, maxime in medio cœli, et Luna existente in signo ruminanti. Si enim hæc omnia affuerint, mouebitur medicina sursum, & euomet eam.

Verbum XC.

In medicinis purgantibus per inferius, signa ruminantia sunt ualde mala, sicut in uomitiis sunt ualde bona. Et maxime laudantur in uomitiis Aries et Taurus, maxime cum Luna fuerit lumine diminuta, & descendens in latitudine. Et remoue infortunas, et caueas à

quarto

quarto aspectu Solis, maxime in Ariete.

Verbum XC I.

Cum aliquod membrum corporis evaduare uoluens, fortifica signum illius membra cum fortunis, & remoue ab eo infortunas. Et cum humorem melancholicum euacuas, bonum est, ut Luna applicet Ioui de beneuolo. Et si flegmaticum, Soli. Et si cholericum, Veneri. Et caue, ne Planeta, cui applicat Luna, uel dominus ascendentis sit retrogradus, quia medicina uometur.

Verbum XC II.

Si quis purgatorium acceperit Luna coniuncta Ioui, affluiabitur & minuetur opus eius. Confortabitur enim natura supra medicinam, & eius destruet operationem. Nam in purgatorijs, melior est Luna applicatio ad Venerem, q̄ ad Iouem.

Verbum XC III.

In medicinae constrictuæ administratione, sit Luna in gradibus sue exaltationis applicans Ioui, maxime si Luna & Iupiter, ac dominus ascendentis fucrini declinantes ad arctos. Et que in hoc à Venere et Marte.

Verbum XC IIII.

Tangere membrum ferro, & Luna in signo illius membra, periculosem.

Verbum XC V.

Non est bonus uomitus, Luna in Leone, sicut non est bona circumcisio, nec partium circa uestigiam incisio Luna in Scorpione.

Verbum XCVI.

In oculorum curati onibus multum commendatur, ut Luna sit aucta lumine, & numero, et libera ab infortunis, & ab omni radio Martis evasa. Et iterum caue, ne Mars sit in ascendance, est enim Mars magnus damna tor omnium membrorum capitis.

Verbum XCVII.

In enematis administratione meliora signa sunt, Libra & Scorpio. Et caue, ne dominus ascendance aspiciat dominum sexte, sed applicet Veneri.

Verbum XCVIII.

Cum balneū exstantiū administrare uolueris cōtra egritudines frigidas et humidas, sit Luna in signo calido et sicco, et applicet Soli, aut Marti de benuolo. Et si balneū madefactū, sit Luna in signis aquarum. Quod si in Cancro de benuolo applicet Ioui. Et si in Piscibus, Veneri. Et si in Scorpione, eorum alterutri.

Verbum XCIX.

Cū calefacere uel infigidare, humectare uel desiccare uolueris, fac ascendēs signū illius naturae, et pone Lunam et dominum ascendenus in signo eiusdem naturae. Et caue semper ab infortunis.

Verbum C.

In omni opere tuo, quod circa corpus humanum exercere incipis, fuge horas Saturni & Martis, et elige horas Iouis et Veneris.

F I N I S.

IOANNIS

SCHONERII MATHEMATICI

in Lunæ observationem collectanea.

Mansionem Lunæ ad quodcumq; tempus colligerè:

Quere locū Lunæ ex diario ,uel ex tabulis Astronomicis ad diem, cuius mansionē optas, cum locum Lunæ conferas in tabula mansionū .23. Lunæ sequenti, inter signa et gradus mansionum. Nam ubi ostenderis signum et gradum Lunæ tui diei propositi in principio mansionis, illa erit mansio Lunæ tui propositi, cuius numerus ad leuam tabule, qualitas uero et natura eiusdē mansionis ad dextrā manum reperies. Si aut̄ locus Lunæ tui diei nō directe in numeris principij mansionis invenitus fuerit, sed inter numeros finis et principij, erit tunc Luna in ea mansione, quā numerus principij mansionis denotat. Exemplo isto accipe. Si locus Lunæ præcise fuerit. 19. graduū. 56. minutorum Arietis, cum numerū confero numeris mansionū, et quia directe in principio mansionis prime inuenitur, Lunam eo die in mansione prima fore denotat. Qualitas aut̄ eius dextram uersus, temperata reperitur. Si aut̄ locus Lunæ nō directe in numeris principij mansionis repertus, ut exemplo utar, fuerit, ut in. 20.21.etc . usq; in gradum 2.in.16. Tauri, adhuc esset in mansione prima. Et sic eodem modo de reliquis.

TABVLA .28. MANSIONVM LV
ne, nostro seculo durabilis.

Num eris	Initium man			Finis sionis.			Qualitates.
	S	G	M	S	G	M	
1	V	19	26	Y	2	17	Temperata.
2	Y	2	17	Y	15	9	Sicca. (uitāda.
3	Y	15	9	Y	28	0	Humida multū, sed
4	Y	28	0	XII	10	52	Humida multum.
5	XII	10	52	XII	23	43	Sicca & calida.
6	XII	23	43	O	6	35	Temperata.
7	O	6	35	O	19	26	Humida.
8	O	19	26	Q	2	17	Temperata.
9	Q	2	17	Q	15	9	Sicca.
10	Q	15	9	Q	28	0	Humida.
11	Q	28	0	MP	10	52	Temperata ad frig.
12	MP	10	52	MP	23	43	Humida.
13	MP	23	43	MP	6	35	Temperata.
14	MP	6	35	MP	19	26	Temperata.

Numerus	In dium man			Finis sionis.			Qualitates.
	S	G	M	S	G	M	
15	☽	19	26	☽	2	17	Humida. (uitanda.)
16	☽	2	17	☽	15	9	Humida et frigi. sed
17	☽	15	9	☽	28	0	Humida multum.
18	☽	28	0	☽	10	52	Sicca, sed uitanda.
19	☽	10	52	☽	23	43	Humida.
20	☽	23	43	☽	6	35	Humida.
21	☽	6	35	☽	19	26	Temperata.
22	☽	19	26	☽	2	17	Temperata.
23	☽	2	17	☽	15	9	Sicca.
24	☽	15	9	☽	28	0	Sicca.
25	☽	28	0	☽	10	52	Humida.
26	☽	10	52	☽	23	43	Sicca, sed uitanda.
27	☽	23	43	☽	6	35	Humida.
28	☽	6	35	☽	19	26	Temperata.

C. 4. Impa

IMPE DIMENTA LVNAE, QVI-
*bis vires ac influxus eius debilitantur atq;
Impediuntur, quantum huic propo-
sito deseruiunt, undecim colli-
guntur.*

Primum. Quando combusta fuerit intra Solis radi-
os, aut in oppositis, sive etiam in quadratis configura-
tionibus eiusdem fuerit. Dicitur autem Luna combu-
sta, non antecedit, uel sequitur Solem minus. 12. gradi-
bus, & ista dicitur maior debilitas Lunæ.

Secundum. Quando infortunis, ut Saturno uel Mar-
ti iungitur, aut per diametrum uel tetragonum coruna-
dem aspicitur.

Tertium. Quando capiti uel caude draconis Lunæ
infra. 12. gradus coniungitur.

Quartum. Quando in Galaxia constituitur, quod est
ab octavo gradu Geminorum ad secundum usq; Can-
cri. Item ab octavo Sagittarij usq; in. 13. eiusdem. Etia
am a. 24. Sagittarij ad secundum Capricorni gradum.

Quintum. Quando stellis fixis de natura Saturni
uel Martis coniungitur, prope zodiacum existentibus.

Sextum. Quando cursu tarda existit. Dicitur autem
cursu tarda, quando mediis eius motus diurnus maior
fuerit uero eius motu diurno.

Septimum. Quando cursu vacua fuerit, hoc est,
quando neq; Soli, neq; aliorum Planetarum aliquo radia-
tionis

tionis genere configuratur.

Octauum. Quando obsessa fuerit ab infortunis Sa-
turno scilicet & Marte, aut inter radios corundem ma-
lignos.

Nonum. Quando peregrina fuerit, hoc est, quan-
do nullam habuerit de quinq; dignitatibus essentiali-
bus fortitudinem.

Decimum. Quando est in via combusta. Est autem
via combusta à. 29. gradu Librae in. 3. Scorpionis gra-
dum.

Vndecimum. Quando fuerit in loco eclipsis Solis
vel Lune, donec eius significatum durauerit.

Notandum etiam uenit, quod in administratione
medicinum, atq; earum præparatione ad minus im-
pedimenta Lunæ summopere uitanda sunt, & quali-
tas mansionis Lunæ eidem medicinae competens eli-
genda. Quare, si alicui corpori humano per medicinas
humiditatem induere intendimus, fiet tunc præparatio
& administratio earum, Luna in mansione humida
absq; impedimentis disacrente. Si autem siccitatem in-
ducere intendimus, fiet præparatio et administratio ea-
rum Luna in mansione siccata absq; impedimentis exis-
tente. Medicina uero, quæ sunt pro conseruatione cor-
poris, in sanitate præparentur, ac porrigitur Luna
perambulante mansionem temperatam, semper tamen
sit libera ab impedimentis supradictis. Hæc diligenter
obseruanda erunt à medico.

IOANNIS

IOVIANI PONTANI, IN VER-
BUM. LX. ac. LXI. æntiloquij Pto-
lemei de Criticis diebus & Lunæ
motus obseruatione, expo-
sitione.

Ptolemæus. LX. uerbo.

Super ægrotis Criticos dies inspicere, ac Lunæ pera-
grationem in angulis figuræ sedecim laterum, ubi e-
nim eos angulos bene affectos inuenieris, bene erit lan-
guenti, contra male, si afflictos inuenieris.

P O N T A N V S.

Qui sunt dies Critici non medicis solum, uerumcti-
am cuius aliquo ingenio prædicto, satis cognitum est. Di-
eti autem Critici, quod morborum ipsorum perinde ac
iudicæ sint, siquidē ipsis illis diebus morbi ne an ægro-
ti futura uictoria sit, potissimum iudicari potest, unde
Græci κριτικοί, id est iudicatiui, aut si malueris, dis-
cretiui, quod discernendi uim habeant, dicti sunt, quos
esse septimum, quartumdecimum, ac uigesimumprimū
diem, ex quo ægritudo ipsa coepit, generaliter quident
Medici consentiunt, quippe, quos maxime obseruant,
cum eorum maximum esse iudicium, sentiant. Cur au-
tem eos tantopere obseruent, ratio hæc est, Luna cum
nostris corporibus dominetur ob insitum sibi uim ac po-
testatem

testatem, ipsos corporum humores excitat, ac pro arbitrio moderatur. Quocirca locus eius ubi egratore quis coepit, diligenter inspiciendus est, ac locus. Item huic aduersus, et utriusq; medius à dextra ac sinistra. Cum enim tria hæc loca, quem locum egritudinis hora Luna tenebat aduersis, et ut Graeci dicunt, diametris, ac quadrangulis radijs hostiliter feriant, ubi ad unumquemque locorum corum Luna transierit, necesse est uti morbus ille naiorem q̄ in alijs diebus commotionem faciat, propter aduersantium locorum naturā, ad quæ Luna peruenit. Peruenit autem ad locum oppositum quartodecimo seu quintodecimo die, ad loca uero quadrangula, hoc est ad primum quidem quadrangulum, qui locus medius est loci Lunaris atq; aduersi, die septimo octauo, ad secundum uero uigesimoprimo secundo uice die, quorum dierum quod iudicia manifesta sunt, eam obrem hi à Medicis potius obseruantur. Sed Mathematico de morbis, deq; ijs, quæ morbi accidunt, prediære uolenti, alij quoq; dies obseruandi magna etiam diligenzia sunt. Ficri enim potest tum propter coniunctiones fixarum stellarum, quæ noxiæ qualitatis sunt, tum etiā propter nocenteis Planetarum aspectus. uti Luna in alijs etiam diebus maiores atq; concitatores commotiones humorum excitet, contra ut diebus, quos ante diximus, propter coniunctiones, aspectus uice adiuuantium stellarum, motus minores atq; sedatores fiant, quod ipse non semel obseruui, ea prediære ausus, quæ res ipsa

ipsa comprobauit. Ut autem prædicare Mathematicus
hec posse, figuram cæli tempore ægreditur inis incipien-
tis ita constituet, ut ē singulis uigintiduobus gradibus
partialisq; minutis triginta unum latus efficiat, qui nu-
merus quater ductus, quartam cæli partē implet. Quæ
ratio docet gradus duos ac uiginti cum dimidiato gradu
sedecies multiplicatos, trecentos ac sexaginta gradus
complecti, quot graduū totus cæli ambitus est. Hæc se-
decim latera ē singulis duobus ac uiginti gradibus par-
tibusq; minutis triginta constituta, figuram sedecim la-
terum faciunt, qua figura constituta, & laterum angulis
probe consideratis, non modo qui Critici uocantur, uerū
etiam ceteros omnes dics inspicies, iudicabisq; pro sta-
tu Lunæ atq; angulorum ipsorum, uel felici, uel aduer-
so, commotiones ipsas aut sedatores, aut grauiores fu-
turas. Quæ res, si à Medicis obseruaretur, et cum ipsis
cautius, & cum ægrotis multo melius ageretur, neq; tam
fallerentur q̄ falluntur, ubi quo minime suspicantur die,
grauiores commotiones accidūt. Ne autem fallare, mor-
bi qualitas cum stellarū qualitate, quæ Lune angulisq;
configurabuntur, comparanda est.

Ptolemeus L X I . uerbo .

Luna significat ea, quæ corporis sunt, ut quæ ei pro-
motu similia sunt.

Pontanus.

Non solum apte, uerum etiam necessario enunciatus
hoc à Ptolemeo subiicitur, quo docemur rationabile
esse,

esse, uti Luna motus à Medicis obseruetur, quem corpora ipsa sequantur. Luna, inquit, significationem atq; imperium habet eorum, quæ corporis sunt. Dixit autem corporis, quod ea, quæ spiritus sunt, Soli magis attribuuntur. Quod autem Luna corporibus imperet, incrementa ac decrementa ipsius plane docent, siquidem ex crescente Luna corpora implentur atq; humoribus exsuperant, decrecente magis ac magis evacuantur atq; arescant, id quod in omni sylvestri materia cedenda etiā à rusticis obseruatur. Namq; materia cæsa cum Luna lumine aucta est, quod humili fiat accessio marat, ac brevi etiam tempore carie conficitur, siquidem humidum ipsum suapte natura & facilis & citius corruptitur. Contra materia cæsa cum decrescens Luna, per quam exiguo est lumine diutius perennat, nam quod tunc fictior atq; attenuator est, nō tam facile corruptitur. Hoc ipsum etiā in conchylijs, ancrisq; atq; in vulneribus capitis manifestissime cernitur, estq; res clarior, quam ut probatione multa indigeat. Non mirum igitur si corpus febribus affectum pro more ac statu Lunæ alias maiores, alias minores commotiones sentit, quando etiam ubi sanum ac firmum est, ad illius motum nunc abunde se implendo, nunc tenuiter extenuando natura litter mouetur.

F I N I S.